& ſequentibus, quæ omnia refert noſter Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 35. art. 1. Modo autem animaduertendum eſt primo, q̄ Capitula Prouincialia ſine alia licentia non poſſunt ſignare populos, quos voluerint ſuis Fratribus ad prædictam poteſtatem exercẽdam, puta, aſſignamus Fratrem. N. pro populo. N. in differenter. Abſurdum eſt enim hoc: neq; conceſſum in Breui, confuſioq; Iuriſdictionis, & hierarchię Eccleſiaſticę: & eſſet commune iurgium inter paſtores omnium Chriſti, & ſic non poſſumus illud inferre ex commiſſione generalì, cum non clare concedatur. Quare verba huius Breuis, ibi, in locis ſibi aſſignatis, vel aſſignandis intelligũtur, quod Epiſcopi, vel Prorex, vel Gubernator, q vices gerũt Regis cõcedũt Fratribus tales populos, & tunc Prouincialis ſiue Prior aut Guardianꝰ cõmẽdat Fratri curam illarũ. Quod ſic dicit Breue. Ait enim, quód in huiuſmodi populis, qui tempore datę Breuis ſic erant Fratribus aſſignati, vel poſt aſſignabuntur, quod poſſint dicti Fratres officium Parochi exercere, habita licentia ſuorum Superiorum in Capitulis Prouincialibus: quia cum non poſſint Capitula Prouincialia aſſignare